

Ejus infamia. In ruina ejus potentia, & arrogantia demon ei obijciebat spectra. Secundum quem tem bis vir humana specie major apparuit; qui bellum in Græcos imperaret. Idem de ration. divin. lib. 5. cap. 1. ex Herodoto, lib. 7. cap. 6. de quo 29. Januar. à n. 21. & alia 8. Decembr.

34 Dies 17. Munychionis, iurgium celebre inter piscatores Coos, & eos qui jactum retis emerant ab illis: igitur cum piscibus tripodem aureum in sagena inventum juxta conventionem deposcebant. Econtra piscatores tuebantur, totos pisciculos, extra quos nihil, tradere juris esse; cum in illorum mentem haud quibat, aliud venire, quo facta inter eos implacabilis contentio. Consultuere ex mutuo consensu Apollinem, ut diceret, utri pertinebat tripes: responditque dono dandum ex hominibus sapientiori. Factum est: at cum circularim singulis septem Græcie Sapientibus missus esset, & cuncti recusassent; decreto omnium datus est Apollini Delphico vellimenio, ut diximus, 8. Februar. à n. 13. Huncine tripodem egregie, materiam auri opere superante, elaboravit Vulcanus, & dono datum Pelopi Hyppodamiam ducenti. Demum ad Menelaum per possessionem devenit; ac surreptum cum Helena à Paride, dum navigarent in Ilium, in Coos mari pro felice navigatione, blandiens Neptuno, Helena demersit; eo quod rixarum fomitem tripodem divinaret, ut è mari educto contigit. Laert. lib. 1. de Vit. Philosoph. Quodlibet Helena pignus erat in perniciem possidentis; uti diximus 9. Februar. n. 29. Alij hujusmodi tripodem haud ab Helena, libante Neptuno, in mare projectum cogitant; sed à Crocio Pittaco missum. Alij, naufragante navi, quæ fialam ferebat Thrasybulo Milesiorum Principi, à Periandro: quam quidem post piscatotes eduxerunt retibus ex maris fundo, ex quo contentio, Apollini consultatio, & in templum ejus modesti septem Sapientium generosa restitutio. I. Iutarch. in Solon. & nos, Hælog. Octobr. n. 39. Oraculum ita refertur cum contentione à Laert. d.

Non prius à Marte recedent, Quam tripodem auratum, pelagus quem missu in altum Vulcanus, vos rursum idem mittatis in ades. Laert. Mox hominis, cui sit sapientia noscere prompta Que sint, que fuerint, que mox ventura trahantur.

DIES XVIII. MARTIJ.

1 Grad. 28. Piscium, qui putealis xv. k. Dario. Ex remitas ale Pegasi respere occidit. Juncium. K. A. Milvus apparet tralio. Plin. & Ptol. Ovid, v. 787. quem sequitur Bucelin.

Stella Lucaniam vergit declivis ad Arcton, Milvus, hac illa nocte videnda venit. Cur in celo collocatus, vide Isag. Mens. n. 10. Sol in Ariete. K. V. Ovid. ibid. v. 859. id. Arietis sit sidus.

Vir equitans, altera manu avem columbam, altera serpentem tenens. Sph. Arab.

2 Hac prima orbis dies signatur ab AA. asserentibus Deum fecisse celum, & terram verno tempore, de quo egimus Tom. 3. T. 8. à n. 36. & ornasse quinque sequentibus diebus, hodie producta luce, quæ munus generet futuri Solis. Genes. 1. à 1. Ridiculum in die respondente orbis principio, pluisse Manna: vel ex pluvia Manna cogitare hac die orbis exordium; uti nugatur R. Eleazar. Hoc in die in principio temporis creavit Deus celum & terram. Chald. in principio creavit Deus litteram Cæli & litteram terra: ex qua versione recurrit arbitrati sunt celum fuisse librum, in quo per litteras stellarum (si stella necdum condita, unde in cæli libro litteræ?) cuncta futura scripta singillatim. Ita Jochaides, Akibas, Abenezra, Rambam, Abarbanel, & Abraham Dior; quos secuti nugatores Cornel. Agrippa in Occulta Philosoph. Robert. de Fluctibus, in Apolog. Paracelsus in Archidoxis, Gassarel. in curiositatib. inaudit. & denique Postellus, qui Commentar. in Jerstra, ita morologus blaterat: si dixerò, in celo me vidisse in ipsis sacra lingua characteribus, ab Esdra primum pulchre expositis, ea omnia que sunt in naturarum constitutis vix ullus mihi crediderit: restis tamen ipse Deus est, & Christus ejus, quod non mentior. Air nu homo! Indiges murum unguine. Ex hoc cælesti libro colligunt Rabbini, cuncta ab stellis pendere; quia in celo decretum est, quod futurum est omnibus. Futilis cogitatio sine fulcro. Nihil enim de scriptis in littera terræ dicunt, vel dum ipsi legant: in principio creavit Deus litteram cæli & litteram terra. Sæpe refutavimus hujusmodi nugæ. Videfis in Tautologij Tom. 6. T. 1. à n. 16-7. T. 8. à n. 72-8. T. 10. à n. 41. & T. 12. n. 12. Præ se fert imaginem & stellarum litteras hujusce phantasticæ cælestis libri, Athan. Kircher. in Oedip. Agypt. Tom. 2. p. 2. Class. 7. cap. 7. Confule.

Ovid.

id.

Prima dies mundi.

Cæli liber, litteræ stelle.

So-

3 Somnium Pharaonis de bobus & spicis, post duos annos ab interpretatione somni ministrorum ejus per castissimum Josephum. R. Kimhi ex Genes. 41. à 1. Post dies, hic Azymorum quartus, manentibus Israëlitis adhuc in Etham. Tunc nunciatum est Pharaoni, cognomento Cenchræes, fugisse imbellem Israël, & qui latati sunt in egressu, cogitarunt iterum illum redigere in servitute, Pharaoque preparat exercitum, ut illum copijs urgeat in deditioem. Seder. Ol. cap. 5. ex Exod. 14. à 5. Leonard. Mar. Genebr. Adrichom. & Joseph. 2. Antiquit. cap. 6. Anno sequenti post portentum virgæ florecentis Aaron (quo ejus familiæ confirmatum sacerdotium) nota per Moysen fecit Deus sacerdotum ac Levitarum munia: scilicet, assignando Sacerdotibus pro ministerio primitias & oblationes: Levitis verò decimas jure perpetuo, sive cum pacto salis: ex quibus decimis decimam Levitæ traditur Aaroni, ac ejus in summo sacerdotio successoribus. Numer. 18. à v. 1. Joseph. d. 4. cap. 4. & Adrich. in Chronic. Ann. 2454. n. 7. Hac die, ut diximus pridie, victoria Gedeonis de Zebæ & Salmana: quos ipse post interfecit propter eadem suorum fratrum à Regibus patratam in monte Thabor. Judicum, 8. 18.

4 Reditus Noëmi in patriam. Venit ergo cum Ruth Moabide nuru sua, de terra peregrinationis suæ; ac reversa est in Bethleem, quando primum hordea merebantur. Ruth. 1. 22. & Joseph. d. 5. cap. 11. qui falsò dicit eas susceptas hospitio à Booz: qui quidem grande hospitium exhiberet; si Ruthidem in arva sua ad spicilegium mitteret. Deinde si in Paschate venerunt, principio mensis hordeaceæ, ut diximus, die 4. n. 3. dies præfens non mensi signandus, immò nec Lunæ Nisan, cujus plenilunium nequit esse citra vigesimum secundum diem. Prior erat mensis hordei, quam tritici; quia ut observat Genebr. in Kalend. Hebr. nosque dicemus in Pentecoste, 6. Maij, prius debebat panis triticeus primitivorum offerri. Levit. 23. 17. Mensis hordei post Phasæ, die 2. Azymorum, uti signavimus die 16. num. 2. quo offerebatur manipulus spicarum. Patet, quia Josue die 10. Nisan cum toto Israël transijt Jordanem, & cap. 3. 15. dicitur: Jordanis autem ripas alvei sui tempore mensis impleverat. Idem Eccli. 24. 36. nequibatque esse mensis triticeæ, quæ post 50. dies à manipuli oblatione. Vid. Abulens. in 6. Judic. quæst. 24. Serar. in Josue, 3. p. 2. quæst. 5. quæstionum. 3. & 4. in Judic. 15. 1. Alap. utroque loc. Cajetan. & Maluend.

Mensis hordei & tritici.

Tom. 1. Ephem.

5 Mors Tobia junioris proponitur à Reucl. ex Tob. 14. 16. Mortuus est Ecbatanis anno ætatis 99. quamquam Græc. textus & Maluend. qui 99. numerat à matrimonio; signent 127. De illo præclarum, quod gaudio à filiis ac nepotibus sepeliretur. Ibid. Mortuus est, ait Hieronym. in Jonam, quando Cyaxares Rex Medorum destruxit Niniven. Adrich. 3237. Briet. 3410. ex Herodot. 1. n. 31. Anno sequenti nascitur Ezechiel. Briet. d. & 14. ann. ante mortem Josia. Nonnulli Ezechielem Pythagoram fuisse vigiles somniant. Vid. Alapid. in Proem. Ezech. & Sanct. Prolegom. 1. Vaticinium de Virgine paritura dicemus 25. Decembr. n. 23. Hac etiam die assignatur exitus Holofernis à Ninive in Occidentem; ut exercitu subjugaret cuncta Nabuchodonosori, quin parceret profanis, neque sacris. Reucl. ex Judic. 2. à 5. Jam enim præmiserat in creditam expeditionem Duces & Magistratus cum exercitu ac comeatu versus Euphratem, ubi ipse se junxit quadrigarum, pedum, equitum & sagittariorum copijs. Ita Greg. loc. cit.

6 Quantumvis ab Assuero sese honoratos viderent Esther & Mardocheus; minime quiescebant vel amotà in patibulum causà ruina: quapropter inter se consulentes, ut opus à Deo perfici posset per Assuerum, potissimè propensum in res Judaicas, ut vidimus pridie, à n. 6. vel cum periculo vitæ jussit patruus neptem, dentò ingredi ad Regem, ut expedita decreta in nationem, rescinderet. Quod illa nocte consultum, manè factum. Ingressa igitur est feliciter in Regis basilicam: etenim ille ut eam vidit, virgam seu aureum sceptrum ad illam portendit, quia ad pedes ejus jacentem & plorantem intuitus est: si modò vocata venisset, haud manum extenderet. Surgere jussit, & loqui; oravit suppliciter Regem, ut novis epistolis decreta antedata dolo Amari abrogaret, & tanquam ab illo, hoste Judæorum, rescinderet. Annuit illico Assuerus, jussitque Estherem & Mardocheum, qui jam aderat; ut ad libitum pro Judæis cunctis provincijs ac præfectis scriberent. Scribite ergo Judæis, sicut vobis placet Regis nomine signantes litteras annulo meo: Esth. 8. 8. Videbitur factum die 23. Maij, à v. 7.

7 Verum dices: Quomodo dicit Assuerus Mardocheo & Estheri: scribite signantes annulo meo; si jam tradiderat Mardocheo, quem ex Aman recipi jusserat? ita ibid. v. 2. Regium, Assueri proprium, non tradiderat. Apud Persas donari annulo à Rege, amicitia signum erat, eo argumento eos in

Mors Tobiae junioris.

Nascitur Ezechiel.

Exitus Holofernis ex Assyria.

Denud Esther ad Regem ingreditur.

Antilogia.

